

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundæ Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Ad Leonem Decimvm Pontificem Maximvm, Thomae De Vio Caietani
Cardinalis Sancti Sixti, In Secundæ Secundæ D. Thomæ Aquinatis
Commentarios, Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

AD LEONEM DECIMVM
PONTIFICEM MAXIMVM,
THOMAE DE VIO CAIETANI
CARDINALIS SANCTI SIXTI.

In Secundæ Secundæ D. Thomæ Aquinatis Commentarios,

P R A E F A T I O .



MNES homines, qui ex iniuncto sibi munere in Republica gerenda versantur (cuiuscunque ordinis illisint) non priuatis solum, sed publicis etiam pro beneficijs, ad referendam gratiam reddi obnoxios, nemo vnuquam sapiens dubitauit. Tanto siquidem feedere commune bonum particulari bono insertum est, ut illud vnuusquisque proprio anterendum putet, nemoque quod suum est bonum vel se consequi, vel tueri posse confidat, nisi publicum inde bonum augeatur, & conseruetur. Ego itaque (quod ad me attinet) tua Leo decime Pontifex maxime, & in Rempublicam Christianam, & in meipsum maxima beneficia tecum animo deputans, hæc tibi mea commentaria offerenda nunc censui, non qui hoc pacto patrem me tibi gratiam referre nunc arbitrer, sed qui potius grati animi voluntatem tibi significem, nec sine veneratione debita recolam immensem, cunctisq; communem beneficentia tua vim. Tu quidem beatissime pater, statim vt Pontifex factus es, perniciolum illud vnuersalis Ecclesiæ scisma, quod sub Iulio Secundo eruperat, tua bonitate ac prudenter ita funditus excidisti, vt hoc immortali beneficio Christianos omnes facile tibi deuinxeris. Neque vero tuæ fatus fuit magnanimitati, pestilens hoc malum, quod tempestate nostra ecclesiæ incubuerat, summouisse, nisi etiam futuris saeculis è sublimi ista sedis Apostolicæ specula longe prospiciens, radicem quoque gignendis in posterum scismatisbus ac fomenta etiam quibus alerentur ac viuerent, aboleres. Nam cum præteritatum rerum experientia satis nos doceret, graues ac periculosas ecclesiæ dissensiones inde ortas quidem fuisse, quod quidem nimis impie arroganterque ausi Authoritatem synodi supra maiestatem Pontificis efferebant, alimenta vero ac fomenta quo diutius perdutarent, ab ea quam pragmatycam vocant, sanctione lumpsisse, quamque veluti perpetuum quoddam scisma Ecclesiæ aduersam, sedique Apostolicæ semper emulam, multi quondam alioqui clari magnanimisq; Pontifices ardentí studio abolere, sed incassum coenati sunt: tu tamen vitrumque malum, Beatissime pater, de medio facile sustulisti, dum Lateranensi approbante Concilio, ipse Sanctorum Patrum dogma sanctatus, omni iam disceptatione de synodi, ac Pontificis imparitate sublata, sedis Apostolicæ authoritatem supra synodus statuendam esse tanta firmitate sanxisti, vt Lateranensis ipsa synodus veterum Conciliorum vestigia imitari, ac se Pontificia authoritatibus subditam esse confiteri non erubuerit, dumque in eodem Concilio, pragmatica sanctione extinta, integrum sedi Apostolicæ ius suum restituisti. Quibus honestis magnanimisq; incæptis ad optimam finem perductis, vere Leo fortissimus, Ecclesiæ sanctæ filii, tuisque à Deo catulis, solidam tranquilitatem, quantumque in te fuit, pacem etiam venturis saeculis stabilisti.

Quantum vero cuncti professores eorum ordinum qui religiosi vocantur, bonitati tuæ charitatiq; debeamus, iam ipse testis facundissimus esse possum. Etenim cū illorum ordi-

Secunda Secundæ S. Thomæ.

* 2

num

num priuilegia, quibus decus & immunitas continetur, quidam vel pessimam
rem labefactare anniteretur, tu tamen solus ingenitatem, atque autoritatem
obluctando, patrem te nobis omnibus, patronum, protectoremque benignissimum
buisti. Quid enim dicam, quod ea liberalitate, ac munificencia literatos omnes
que homines protegendos suscepseris, vt disciplinarum omnium professores ac
viros, tu m collatis muneribus iam ornaueris, tum ad bene sperandum de bene
tua exeris. Mihi autem, ut omissis alijs me inspiciam, tam eti vel ecclesiastice mis-
cramento, vel sacri ordinis professione ac magisterio, vel assidue literarum studi-
lum tuorum tot beneficiorum a me alienum esse cognoscerem, sed eapotius hunc
me accepisse sentirem, proxime cumulus hic tuae benignitatis maximus splen-
dor, musque accessit, quod me nullius interuentus fauore, nullis intermediis precibus,
lis denique beneficijs prouocatus, sed ipse ingenua tui animi bonitate adducitus,
erum Cardinalium ordinem cooptasti, rem sane admiratione magna dignissimam
toque orbe terrarum memorabilem, tempestate nostra aggressus, vt quam op-
viri dignitatem, quam principes ac reges prouinciarum summo studio, & con-
tione, vel sibi, vel suis assequi suppliciter elaborant, tu mihi eam, nec perenti que
nec speranti, vixque adeo cogitanti, sponte tua contuleris. Ne itaque in tuum D-
ni mei conspectum omni veneratione dignissimum vacuis manibus, vt afflita
ingratusque venirem, quæ proximis annis, in secundam secundæ Diui Thomae
natis partem commentaria elucubraui, tibi nunc dedicanda, tuique numinis pro
publicanda constitui. Quæ si vel nulla in me tua seorsum beneficia tanta extarentur
men iure optimo debebantur, quia cum tu & summi regis, & sacerdotis maximam
tate fungaris, doctrinæ moralis commentaria pro tua bonitate, ac sapientia neque
a tua ditione aliena ducturus fueras. Moralis enim doctrinæ instrumento Ecclesie
& regnum esflorescere ac decorari oportet, sub eo præsertim Pontifice, qui time-
debet, ne cum alijs predicatorum ipse reprobatur, cum ea quæ in Ethicis
ptionibus tradita, suis auspicijs publicantur, ipse vita suæ exemplo fancire, & co-
bare videatur. Neq; enim latere quemquam existimo, te inde ab adolescentie arcu
aliarum virtutum, tum præcipue liberalitatis, & continentiae normam cunctis
tum clariusse, iam verò quam altis radicibus fides, spes, charitas pectori tuo insi-
fuerint, quæq; ad eas tuendas conseruandasq; virtutes maxime necessaria est inge-
nitudo, plane tunc omnibus ostendisti, cum periculosis Reipublicæ Christianæ
ribus, Ecclesie Romane Legatus amplissimus, contra telorum turbines bellicas
menta, pulsis prope omnibus, ipse imperterritus perstisti. Moxque ad maiorem
virtutis tuae probationem, inclinati rebus alienæ potestatis iam factus, nullum
expugnari machinis, nullis abduci terroribus ab integro ecclesia corpore, ad
partes potuisti. Quæ cum animo reputamus, Dei prouidentia factum cognoscimus
tu Pontifex Ecclesiæ sanctæ præficereris, qui (vt Apostoli verbis vrat) per omnia res
compati laborantibus scires, & quas antea meditatus virtutes fueras, autoritatem
tiaque suffultus, multo nunc uberioris, multoque felicius propagates, id quod inuitus
ineffabilis illa clementia, qua capiti tuo insidiato homines conseruasti plane tellus.
Tibi profecto tuaeque sanctissimæ potestati valde conueniens, vt sicut Dei maximam
inter nos geris, ita cæteris mortalibus ea præstes vittute, qua homines quantum pos-
bus licet, Deo maximo optimo similes fiunt. Ceterum tuae laudes longioris suble-
pus exposcunt. Quod vero ad instirutam rem pertinet, non modo Pontificie ma-
nomine, cuius est officium sum mouere sclera, ac virtutes inserere, sed tuo ipsius
nomine qui virtutes colis semperque coluisti, decenter tibi nostra hac commen-
dicantur, in quibus de virtutibus ac virtutibus disputationes pulcherrimæ proponimus.

tamen hac mente omnes à me tibi nunc dedicari intelligent, ut quæcunque
hic, vel usquam alibi à me scripte sint, Apostolatus tui iudicio (cui sunt iure
subdita) substernantur. Accipe igitur Beatissime pater de manu tibi deditis-
me creature munusculum, grati animi alacritate conditum, atque in eo ac-
cipiendo Dei maximi (cuius tu vicem inter nos geris) benignitatem quo^s
in animum tuum reuoca: hic enim cum pingues Tauros ac Arietes immola-
ri ante se cerneret, duo tamen minuta de manu pauperis mulierculę in ga-
zophylacium templi missa non respuit. Aeternum vale pater Beatissime.

